



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

7 Principes seculares nunquam possunt tollere jus devolutionis in ecclesiam. Nullam habent jurisdictionem in bonis ecclesiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- capit. II. de reformat. *eff. 22.* ibi bona, celsus & jura, qui enim habet actionem ad rem, ipsam rem habere videtur, *l. qu i* actionem. *ff. de regul. jur. & Tiraquell. in 7 tractat. de retract. convent. §. 1. gloss. 1. numer. 48.*
- 4 Ideo † dominium bonorum ecclesiae, testamento, legato, aut donatione, seu venditione relictorum, & concessorum acquiritur, & transfertur sine traditione, *Bart. in l fin. num. 18.* & ibi Bald. *numer. 3.* *Jal. num. 4. & 5.* Paul. de Castr. *num. 4.* C. Sacrosan. Eccl. & Alexand. *in l. 1. §. per Procuratorem, nu. 12.* *ff. de acquirend. possess.* Ideo rector ecclesiae propria auctoritate huic dominio ecclesiae acquisito minimè renunciare potest, *Alexand. dict. n. 2. & 3.* & hanc esse communem opinionem testatur Apostolus, *ad Roman. conf. 384* quem sequitur Cardinalis Tusculus *pract. conclus. 1. 273. nu. 60.*
- 5 Unde ex his inferatur, † quod legibus civilibus prohiberi minimè potest, ut bona ecclesiastica in emphiteusim laicis concessa, quavis occasione, vel causa ad ecclesias, vel ecclesiasticas personas devolvantur, quia † si rector ecclesiae disponere non potest de bonis ecclesiasticis, nec de illis quidem transfigere, sive consensu Pontificis, ut per Natu. Borg. & alios supra citatos ex eo nemp̄, quia is non probetur verus bonorum Ecclesiasticorum dominus, cum in illis habeat tantum gubernium, & administrationem, *c. expedit.*, *c. vi-dentes.*, *c. præcipimus.*, *12. quest. 1. cap. quisquis Episcopus, eodem 12. quest. 2. Ancharen. conf. 1. 16. secundum ordinem, num. 3.* Innoc. in cap. cum super, *numer. 3. & 4. de cau- poss. & propr. Abb. in repet. cap. cum effet numer. 23. de testam. Dec. in cap. constitutus,* 9 num. 25 & 26. *de rescript. Navar. in tractat. de redd. cul. monit. 40. numer. 1.* & Card: Tuscul. *pract. conclus. tom. 1. concl. 111. nu. 20. & 3.* † Multò minus, Principes seculares dominium directum ecclesiae, & jus devolutionis, quod pluribus de causis ecclesiis competit, suis legibus, decretis aut statutis restringere possunt, cum in eisdem bonis ecclesiasticis nullam omnino jurisdictionem habeant, nec gubernium, neque administrationem, ut pluribus supra probatur. Et hæc conclusio fuit expressè formata à sacr. concil. Trident. *in 20. c. 11. de refor. eff. 22. & eotua, & infra extra de de-* sim. ubi etiam Abb. *num. 2.*
- 6 Præterea, † si principi seculari licet statuere, ne ecclesia possit prætendere prælationem, devolutionem, aut consolidationem decreti dominij, etiam ex defectu lineæ investitorum, neque ex quacunque alia causa, sequeretur, quod Princeps posset tollere contractus, conventiones, & pacta, quæ sunt de jure gentium, inter quæ est contractus iusgentium annumeratus, Staphil: Forcat. Hecyon. jur. dialog. 74. *numer. 2.* Id enim est absurdum, nam Deus legis Civilis tantum ministerium in laicos exercendum subjecit Principibus, non autem illis subjecit iusgentium, at post Rolan. à Vall. *in cors. 9. numer. 4. & seq. & conf. 25. numer. 40. lib. 3.* quem citat, tenet Card. Tuscul. *pract. conclus. tom. 4. sub rubr. iusgentium, conclus. 191. numer. 1. & tom. 5. conclus. 342. sub rubr. libertas ecclesiastica, numer. 125. & const. Principis, contra ius naturale, vel gentium nihil valet, sed naturalia inst. de iur. nat. gen. & Civ. & Boss. in tit. de principi & pri- vil. *num. 202.**
- Nam licet † de plenitudine potestatis  
Bbbb 2 possit